

Thomas Lindemann

**Rector Academiae Rostochiensis, Thomas Lindeman, I.U. & Professor, Ad
funerale sacrum Quod Matronae lectiſimae, Annae Sophiae Sassiae, coniugi
ſuae dilectiſimae Vir ... Carolus Sibeth, Reip. apud. nos civicae civis primarius,
Honorifice hodierno ... paratum expetit, Omnes omnium ordinum cives
Academicos ... invitat**

Rostochii: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775780626>

Druck Freier  Zugang



Lindeman, Th.,
in
A. Soph. S a s s ,
uxor. C. Sibeth.

Rost. 1626.

31.

RECTOR

ACADEMIE ROSTOCHIENSIS,

THOMAS LINDEMAN, J.D.

& Professor,

Ad funerale sacrum

Quod

Matrona leclissime,

ANNAE SOPHIAE

S A S S I AE,

conjugis sue dilectissimi

VIR

Nobilis & prstantissimus

CAROLUS SIBETH,

Reip. apud nos civicæ civis primarius,

Honorifice hodierno die ad horam I. in æde

Mariana paratum expetit,

Omnes omnium ordinum cives Academicos pera-
manter & officiose invitat.



ROSTOCHII

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,

ANNO M. DC. XXVI.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
THOMAS LINDEMAN

J. U. D. & Professor.

Berseum Atticam peragranter, & obviam sibi procedentes partim Regis Aegei obitum acerbè lugentes, partim Baccho litan tes, & ob filij Regis redditum lætitia gestientes conspicans, festum Angeronæ & Voluppiæ pariter sacrum instituisse memorie proditum est. In cuius celebratione Sacerdotes palmitibus & racemis redimiti, chorum ducebant, omnesque, qui sacris intererant voces, Eia heu, simul emittebant, pæana & nænias mixtum cantillabant, eoq; ipso voluptatis comitem perpetuum adamantino quodam vinculo junctum mœ rorem & tristitiam esse indigetabant. Festi hujus Attici faciem cum quævis fermè dies, tūm vero hocce anni tempus nobis vel maximè præsentat & adumbrat. Quāvis enim id meditacionibus sacris & jejuniis à piis ma jori-

ioribus destinatum sit, tamen Orgijs Bac-
chijs prophanari cernimus & cum Væ Væ
exclamare, cineribus conspergi, saccis in-
dui, & poenitenti corde iram Jehovæ pla-
care oporteat, Ego istud Bacchicum, imò
beluinos boatus subinde andiri, heluatio-
nibus, omnisq; generis luxu pœnas pro-
meritas provocari animadvertis. Divus
Hieronymus refert Romæ eos, qui ob res
præclarè gestas triumphos agebant, quo-
rumq; laudibus omnia personabant, à tergo
secutum præconem hanc auribus eotun-
dem vocem inculcantem Hominem te esse
memento. Eandem Philippus Macedo
singulis diebus per cubicularium ingemi-
nari voluit. Nostras verò supremus & vi-
tæ mortis arbiter per prophetas & ministros
veluti cælestes præcones cottidiè altâ voce
aures vellicat, imò percellit & acclamat:
Memento homo, pulvis es & in pulverem
redigeris. Vocem hanc ad animum qui
admittit, is Bacchica sacra exsecuratur, luxu-
riam detestatur & sola mortis pia cogitatio-
ne delectatur. Gula charum tributum exi-

A 2

git,

git, sed vilissimum reddit; quia quanto
iunt delicatiora cibaria, tanto foediora sunt
cadavera, dicebat Innocētius de vitæ miser-
iā. Herodotus memorat Aegyptios olim in
soleminibus epulis cadaver lignum quam
proximè ad verum cadaver effictum per
quempiam curasse cominus ostendi dicen-
tem: In hoc intuens pota & te oblecta, Ta-
lis post mortem futurus. Tantum ad so-
brietatem mortalitatis recordationem ve-
lere credebant. Pluribus hancce humanæ
vitæ miseram conditionem illustrare haud
est necesse, cum quævis fermè hora nos ad
~~ab~~^{ab} vias ducat, & ad ~~evanescere~~^{evanescere} studium invi-
tet. Non abibimus longiūs: in hancce
cui hodie justa persolvimus oculos defiga-
mus ANNAM SOPHIAM SASSIAM, feminam
laudatissimam, nudiustertius mortis sice-
cilice resectam quæ mortalitatis vivum
quasi exemplum exhibet. Nata illa fuit
Anno 1597. 20. Septemb. parentibus ho-
nestissimis, patre, viro præstantissimo, AR-
NOLD O SASSIO, ciye hujus Urbis
+ 20 monachis i monachis aliis. Quis fecit spez

speciatissimo, (Dn. M. PETRI SASSII,
Logices in hac Academiâ Professoris, affi-
nis & collegæ nostri honorandi, fratre)ma-
tre matronâ nobili & honoratissimâ, SO-
PHIA SCHENKEN: Ayum paternum
hauuit JACOBUM SASSIUM, civem
hujus Urbis primarium, Aviam ANNAM
BURENIAM, M. ARNOLDI BURENI,
Academiæ hujus ante aliquot annos colla-
bascentis restauratoris fidelissimi filiam,
Avum paternum piè defuncta laudavit, vi-
rum nobilem & strenuum GEORGUM
SCHENKIUM, ex familiâ SCHENKIORUM
famosissimâ progenitum, aviam maternam
Matronam omni virtutum laude cumula-
tissimam, ANNAM GOTHENIAM,
ex vetusta & patritia GOTHENIORUM
gente, cuius unica propago virens etiam-
num superstes est, oriundam. Originis
tam præclaræ semina in piè defuncta semi-
na à teneris prodiere & effloruere eximia.
Educata namq; in Dei vero timore & puel-
larius artibus istum sexum decentibus in-
structa, procedente ætate, in virtutum sta-

A 3.

dio

dio tantos gradus fecit, ut nulla in ipsa de-
siderata fuerit, earum, quæ matronæ le-
tissimæ aut corpus faciunt, aut superfi-
ciem colorant. Hinc tanquam ex limpi-
dissimo fonte scaturierunt rivuli humani-
tatis, castitatis, sobrietatis, comitatis, & a-
liarum virtutum, quas inter, post pietatem,
prima est pudicitia. Dona hacce ignicu-
los honesti amoris in pectore, viri Nobilis
& spectati, CAROLI SIEBETHEN,
ex antiqua SIEBETHORUM Scoticorum fa-
milia ortum ducentis, concitarunt, qui
eam ante annos 11. felici connubio sibi co-
pulavit & conjugium hocce morbis qui-
dem diversis obnoxium, attamen pacatum,
tranquillum & duobus liberis beatum ex-
pertus est, quibus in prima infantia ex hoc
terrestri ergastulo in coelestem Academiam
licet translatis, amor tamen conjugalis,
quò diuturnior, eò serventior semper du-
ravit. Illa namq; ab eo tempore, quo u-
xor esse cœpit, nunquam à marito oculos
deflexit & cum Armenia Tigranis conjuge,
qualis alieni viri forma esset ignoravit. Ve-
rum

rum uti omnis felicitas amaritudinem
quandam sequioris fortunæ permixtam,
Augustino teste, habet, ita & ^{mane} nostra
varijs morbis exposita fuit, & ante paucos
annos, semina phthiseos contraxit, cui li-
cet Medicorum industria & ope obviam i-
tum pro virili fuerit, tamen effera vis sym-
ptomatum penitus tolli nequit. Unde
cum morbi vim accrescere & sensim defi-
cere ANNA SOPHIA persenticeret, ad a-
nimæ medicum Salvatorem nostrum se
convertit, ejusdem sacrosancta cœna & sal-
vifico viatico se pavit ac instruxit, & 18.
hujus mensis intra nonam & decimam,
postquam annos 28 menses quinq; hosce
mundanos decurisset carceres, vera in
Christum fiducia suffulta, animam creatori
suo reddidit. Ita nempe qui plerisq; homi-
nibus gratus & optatus videri solet, verni
nimirum temporis, brumâ fermè pulsa, ad-
ventus, is Viro præstantissimo CAROLO SIE-
BETHEN luctuosus & propè funestus accidit.
Verum vim ab alto trahentē sequi, & quod
Deo, placuit homini placere oportet. Atq;
hoc

hoc ipsum, viduum mœstissimum, qua is est
pietate, facturum dubitare nefas sit: Utinæc
ambigimus, Cives Academici, de vestro in
justorum debitorum exsolutione pio &
prompto affectu. Romani circa hocce an-
ni tēpus ex Romuli instituto Februalia non
tantum sed & Lemuria saera peragebant,
spiritibusq; quos redire credebant, mensas
conquisitissimis epulis instruebant, ut ex
domibus Lemures fugarent. Vos multò re-
ctius facietis, Academici cives, si hodierno
die exsequalia sacra peragere, & exsuvias
demortuæ honestissimæ ad conditorum
frequentes comitari, eoque nomine in æde
Divæ Mariæ ad horam I. frequentes conve-
niro sageritis. Ite ergo exsequias, Viri Re-
verendi, Clarissimi, juvenes nobiliss & inter
eundum illud Ecclesiastis animo revolvite:
sive ceciderit lignum ad meridiem, sive ad
Aquilonem quocunq; loco ceciderit, ibi e-
rit: & hac pia meditatione ac precib⁹ utrāq;
hoc tempore afflictissimam in hac urbe Re-
publ. Jehovæ summo defensori nostro cō-
mendate. P.P. Rostoch. 27. Febr. 1626.

speciatissimo, (Dn. M. PETR.)
Logices in hac Academiâ Profes-
nis & collegæ nostri honorandi,
tre matronâ nobili & honoratissimâ
PHIA SCHENKEN: Ayum
hauuit JACOBUM SASSIUS
hujus Urbis primarium, Aviam
BURENIAM, M. ARNOLDI.
Academiæ hujus ante aliquot annos
bascentis restauratoris fidelissimi
Ayum paternum piè defuncta la-
rum nobilem & strenuum GEC
SCHENKIUM, ex familiâ Schenken
famolissimâ progenitum, aviam
Matronam omni virtutum laudis
tissimam, ANNAM GOTHI
ex vetusta & patritia GROTH
gente, cuius unica propago vire
num superstes est, oriundam.
tam præclaræ semina in piè defu-
na at teneris prodjere & effloruer
Educata namq; in Dei vero timore
lariuus artibus istum sexum dece-
structa, procedente ætate, in virtute
A 3.

